

A id est, auferte a nobis uerbum Israel: Iccirco hæc dicit dominus sanctus Israel, & nolentibus uobis se ingerit, ut quem neglexit communem, sentiatis punientem. Habuistis fiduciam in Aegyptiorum calumnia atque mendacio, & innixi estis super tumultu eorum,

sive contradictione & superbia, ut Symmachus, & Theodotio interpretati sunt. Propterea uertetur uobis hæc iniquitas, siue peccatum, ut sitis quasi murus cadens subito, ciuitatis firmissima & captes, cuius repentina aduenit ruina: ita enim lxx. translulerunt. Et est sensus iuxta Hebraicum: Quomodo interruptio muri altissimi, qui logam traxit ruinam, difficile instaurari potest, & pristinum decorem recipere: sic uobis ueniet repentina contritio. Et ut alia utar similitudine: sicut uas figuli si confringatur contritioe per ualida, ita comminuitur in frustra, ut uix paruula testa remaneat de fragmentis, in qua portetur igniculus, aut paululum aque de lacuna hauriatur, &

B fouea: sic uos cum ieritis in Aegyptum, persequente uos illuc Nabuchodonosor, usque ad internitionem peribitis. Hæretici quoque, & omne dogma contrarium ueritati confidunt in calumnia atque mendacio, & musitant iuxta lxx. contra creatorem suum: Propterea impietatis eorum ciuitas destruetur, quæ edificauit Cain, cui ueniet repentina perditio, cum capta fuerit ab

ecclesiasticis uiris, & ita destructa & comminuta, ut nihil in ea remaneat quod possit ignem emortuum reaccendere, & saltem cenosam, & paruulam aquam populis præbere sitientibus.

a ¶ Quia hæc dicit dominus deus (&c.) Sanctus ait: cuius supra nomen tacebam, ipse est dominus deus, qui uobis & per me & per Hieremiam loquitur: Si agatis penitentiam, & uel uitia relinquantis, uel errorem prauis consilii, & maneatis in Iudea, non Babiloniorum impetum, sed mea præcepta metuentes, salui eritis. Quiescite, & sperate in domino: & fidei in promissis meis robur arripite, qui contemnentis præcepta uitalia, desperatione dixistis, nequaquam ita erit ut loqueris, sed ad equos confugiemus Aegyptios: & concito ad eos atque ueloci pergemus gradu. Quia igitur ista dixistis, fugietis quidem, & pernicii cursu intrabitis Aegyptum: sed uelociore erunt Babilo-

ni, qui uos usque ad Aegyptum persequentur, tantusque terror atque formido obtinebit Aegyptum, ut uni Chaldæo mille Aegyptii resistere nequeant, & quinque hostibus, fugientium plurima multitudo: iuxta illud quod in Deuteronomio legitur: Dabit

Deut. 28. e
te dominus, ut coruas in 32. c

reprobastis uerbum hoc, & sperastis in calumnia & tumultu: & innixi estis super eo: Propterea erit uobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & requisita in muro excello: quoniam subito, dum non speratur, ueniet contritio eius. Et comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida: & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio: aut hauriatur parum aquæ de fouea.

a HEB. Quia hæc dicit dominus deus sanctus Israel: Si reuertamini & quiescatis, salui eritis: in silêtio, & in spe erit fortitudo uestra: Et noluitis, & dixistis, nequaquam, sed ad equos fugiemus: Ideo fugietis, & super ueloces ascendentur qui persequent uos. Mille homines a facie terroris unius: & a facie terroris quinque, fugietis.

b Donec relinquimini uertice montis, & quasi signum super collē.

c Propterea expectat dominus, ut misereatur uestri, & ideo exaltabitur parens uobis: quia deus iudicii dominus: beati oēs qui expe-

conspicuum inimicorum uestrorum. Via una egredietis ad eos, & per septem uias fugietis a facie eorum, & eris in dispersione in cunctis regnis terra. Iuxta Anagogen & lxx. editionem: omnes ad penitentiam peccatores, & præcipue hæreticos cohortatur sermo diuinus, quod cum reuersi a uitis ingemuerint, & egerint penitentiam, salui sunt: & tunc intelligant ubi prius fuerint, & quæ frustra in uanis sperauerint. Cuique eos ad penitentiam cohortet: illi e contrario confidunt in falsis magistris, & in incerto sæculi, deique uerba audire nolentes, equos Aegyptios desiderant, & eorum uelocitate latantur: quos multiplicari dñs prohibuit. Iccirco ecclesiasti-

SEP. Hæc dicit dñs deus sanctus Israel, Cū reuersus igemueris: tunc saluus eris, & scies ubi fueris: Quia confidebas super uanis, uana facta est fortitudo uestra: & noluitis audire: sed dixistis, super equos fugiemus. Propterea fugietis: Et super leuibibus ascensoribus erimus: ideo leues erunt qui persequent uos. Mille ad uocem unius fugient: & ad uocem quinque fugiet multi.

quasi malus nauis in frustra nauis, & compage illius dissoluta, sola arbor quæ malus dicitur remaneat, & ponatur pro signo in summitate montis, siue in excello colle: Sic pro signo atque uestigio, uix unus & alter residet, ad dei potentiam demonstrandam. Et tunc, inquit, scient omnes reliquæ Iudæ, qui nunc ingrediuntur terram Aegypti, ut habitent ibi: cum reuersi fuerint in terram Iudæam, cuius sermo complectatur, meus an illorum.

c ¶ Propterea expectat dominus, ut misereatur (&c.) Grandis clementia dei, ut expectet nostram penitentiam: & donec nos a uitis conuertamur, ille potentem contrahat manum, ne ferire cogatur. Ideo autem misereatur & parcat, ut exaltet illius misericordia: & bonitas creatoris nota cunctis fiat. Vel certe iuxta illud quod in euangelio loquitur: Cū exaltatus fuero a terra oēs traham ad me: iccirco

exaltatur

Deut. 17. d

Hier. 46. b

Ioan. 12. e